

Differenciæ excerptæ ex
Laurëtio ualla Nonio mar
cello & seruio honorato ab
Antonio nebriffensi.

Bstinentia est a rebus alienis cohibitio.

Cóntinentia est tátū a propriis uoluptatibus

Abdico filium idest uiuens a bonis expello.

Exheredo filium idest testamēto bonis prohibeo.

Acus est qua sarcinatores uestes sarcunt.

Aricula uero qua mulieres utuntur ad ornatum.

Abhorreo ab omni humanitate idest alienus sum.

Exhorreo inimicos idest illos pertimesco.

Accessus est aditio siue apropinquatio.

Accessio est adiectio siue incrementum.

Actio causarum recte dicitur & non actus.

Actus comoediarum recte dicitur & non actio.

Acta & actus sunt rerum priuatarum & familiarium

Gesta sunt rerum publicarum & magistratuum.

Actor est causidicus & alicuius rei repræsentator.

Auctor est ut ita loquar alicuius rei factor.

Acini sunt grana in unum racemum coeuntia.

Bacæ uero cū sit parua poma dispisius nascuntur.

Acceruus est minutarum rerum congeries ut salis.

Strues proprie est lignorum compositorum.

Strages est cadauerum iacentium multitudo.

Sarcina est utensilium quæ ad cultum pertinent.

Accola est qui iuxta locum habitat ut accola ponti.

a. i.



Incola est qui in loco habitat ut incola montis.
Inquilinus est qui in aliena domo uel agro habitat.
Accusare est ostendere aliquem peccauisse.
Incusare uero est mores alicuius reprehendere.
Excusare est excusationem accusanti facere.
Adeo pro intantum sequenti particula. ut.
Adeo pro ualde non sequenti particula. ut.
Aduocatus est alteri qui adest ut cumque illi faueat.
Patronus est qui agit causam maxime accusati
Cliens uero est cuius causa a patrono defenditur.
Adorare fit etiam sine uerbis cum genuū plicatione.
Supplicare fit sine genuum plicatione sola uoce
Addicere est in auctione aliquid uendere.
Liceri & licitari est precium in auctione facere
Adsum. i. praesens uel prope sum.
Adsum tibi. i. studeo & patrocinator tibi.
Aduerfor tibi. i. contrarius tibi sum.
Auerfor te. i. uultum auerto a te quem detestor.
Aduerto oculos. i. aliquo oculos conuerto.
Auerto oculos. i. alicunde oculos conuerto.
Admoueo manum uulneri. i. appono & applico.
Amoueo manum a uulnere. i. remoueo.
Aduotum mihi euenit. i. ut ego optabam.
Ex sententia mihi euenit. i. ut ego intelligebam.
Adulterium est quod in nuptam committitur.
Stuprum est coitus contra legem uiolentus.
Aedes in singulari & pluri est templum & semper additur cuius

Aedes in plurali domum profanam significat.
Aestimare est taxare quod dicunt appreciare.
Extimare est considerare. existimare. iudicare.
Aequalis est & aequus & coetaneus.
Aequabilis est aequalis in priori significatione
Aedilis est qui aedilitatem administrat.
Aedilitius uero qui aedilitate perfunctus est.
Affectus est siue affectio in animo quod mens non est
Mens uero siue ratio in animo est quod affectus non est
Afficio te iniuria id est facio tibi iniuriam.
Affitio te beneficio id est facio tibi beneficium.
Agitur mecum praclare id est bona conditione sum.
Agitur mecum male id est malo statu sum.
Actum est semper in malam partem accipitur
Agere gratias est uerbis gratitudinem ostendere
Habere gratiam uel gratias est in animo.
Referre gratiam est re ipsa beneficium dissoluere
Aguntur animalia a fessoribus & instigatoribus.
Ducuntur illa quae sponte ducem sequuntur.
Trauntur quae per uim & raptando portantur
Portare & ferre est suo corpore baiulare.
Vehi est equo. naui. curru. & similibus.
Agere praeter alias significationes est rerum inanimatarum
Facere est rerum in materiam exteriori exeuntium
Age aduerbium cum singulari iungitur.
Agite cum plurali. agendum cum singulari & plurali.
Ager modo est territorium urbi circumiectum.

a. ii.

Ager etiam est locus quem ruri colimus
Aruum est quod frumento seritur ab arando
Fundus est agri pars ut uinea. oliuetum. pratum.
Prædium est possessio rustica siue urbana.
Campus est planicies terræ ampla & grandis
Area est planicies angustior in agro uel urbe.
Aliquātisper & paulisper ad breue tempus pertinet
Tantisp pro intātū postulat adiungi dū pro donec
Alter de duobus dicitur aut de secundo loco
Alius de pluribus dicitur & quōq; pro diuersis.
Albani ex oppido alba in latio dicuntur.
Albensies ex oppido alba ad fucinum lacum.
Alumnus non est qui alit. sed tantum qui alitur.
Ambitio in animo est eius qui cupit honores.
Ambitus in actu eius q̄ pecuniis honorē habuit.
Amor ad omnes res pertinet ut amor uini & uxoris.
Charitas ad homines tantum pertinet.
Caritas est penuria quā indocti caritiam dicunt.
Amare est cum affectu & uehementissime.
Diligere est cum ratione & remissius.
Adamare est amatorie aliquid amare.
Amicus honesta res est unde est amicicia.
Amica si ad uirum referatur inhonesta res est
Amator est qui modo amatorio amat.
An particula cōiunctio est per quam interrogamus.
Aut cōiunctio quoq; est: sed p̄ eā nō interrogamus
Annum est tempus quod per anni spacium durat.

Annuū festum est quod semel in anno contingit.
Ante hac legi. i. ante hoc tempus legi.
Post hac legam. i. post hoc tempus legam.
Antiqui dicuntur & senes & ueteres.
Senes dicuntur quantum ad ipsorū uitā priuatam
Veteres dicuntur quod alia ætate uixerunt.
Appeto cum affectu qualiacunq; illa sint.
Expeto tantum honesta ut uirtutes.
Apparare ad pompam tantum pertinet.
Præparare uero est aliquid ante parare
Apud me est liber personam & locum significat.
Penes me est liber personam & dominium
Argutus est: qui est acuta quadam solertia
Argutus est sonorus: argutus quoq; est breuis
Armiger est: qui domino arma in prelio ministrat.
Armatus: qui armis ad pugnam instructus est
Arcere est prohibere ac uetare: unde arx dicitur.
Abigere est a loco fugare: unde abactores & abigei.
Assurgere est alicui in honorem illius surgere.
Surgere est quocunq; modo se erigere.
Assentari est falso laudare utilitatis gratia.
Adulari uero est inseruire: ut honorē emereamur
Blādiri quanquā est tactus ad animū transfertur
Asciscere est remotum aliquid capere.
Consciscere semper fere mortem desiderat
Desciscere est ab imperio alterius se subtrahere.
Asserere est affirmare & in libertatem uendicare

a. iii.

Asseuerare est uim atq; animi motum addere
Autem coniunctio postponitur huic negationi non.
Sed uero postponitur. neq; tum. sane. iam. n. at.
Ausculto te dicimus sicut & audio te.
Ausculto tibi est obtempero tibi.
Audiens sum te tantum ualet quantum audio te.
Audiens sū tibi nō audio tibi. i. obediens sum.
Auis est quæ parit oua pennisq; prædita est.
Volucris est quæcunq; uolat ut apis Culex.

arba ut inquit Seruius hominum est.
Barbæ uero in numero plī quadrupedum.
Mentum uero est ipsa barbæ pilorumq; sedes.
Benefactor est qui cuiusdam bene facit.
Beneficiarius in quem beneficium collocatur.
Bene aliquando accipitur pro ualde ut bene doctus.
Male aliquando accipitur pro non ut male sanus.
Bellum est totum tempus quo in militia sumus.
prælium ipsum tantum armorum certamen.
Pugna etiam citra arma fit solis uerbis.
Beatus est qui oībus rebus ad uitæ usum abūdat.
Foelix qui omnium bonorum est compos.
Bonum genus est ad utile: iucundum & honestum
Bonitas uero idem est quod benignitas.
Brachtea tenuis est & sua sponte plicatilis.
Lamina uero crassior ut ex qua arma fiunt.
Bucca pars illa est quæ inflatur ut in cornicine.

Mala est rotundum illud quod est supra buccam
Gena tum est oculorum tegmē tū malā significat
Cilium est ambitus genarum unde supercilium.
ædo cessi tibi concedo & non repugno tibi.
Cædo cæcidi te. i. percutio & occido
Catuli sunt ferarum quæ fere ex raptu uiuunt
Pulli uero sunt cicurum ut asini & equi.
Foetus generalius est unde foetificare & foetura
Capitale odium quod & caput & uitam alterius petit
Capitale uitium propter quod peccans puniatur.
Capere est sponte uel non sponte accipere.
Sumere est ultro & non sponte aliorum capere
Captare est uelle capere & insidias parare.
Candet dicit Marcellus quod ignitum est.
Candet etiam quod candidum & album est.
Causari est causam rei gestæ afferre.
Causare nunquam apud idoneos inuenitur.
Caupona est taberna ubi uinum uenditur.
Caupona quoq; mulier quæ uinum uendit.
Calūniari. D. Nartianus est falsa crimina intendere
Præuaricari. d. Vulpianus causas adūsariis dare.
Ceruix in Singulari. est posterior colli pars.
Ceruices in plurali pro superbia ponuntur.
Iugulus est anterior colli pars.
Collum omnes partes in solidum completitur.
Celebris passiuè ponitur ut locus & homo celebris.
Frequens actiuè & passiuè ut urbs & senatus.

a. iiii.

Celebs est qui non duxit uxorem legitimum.
Maritus est qui uxorem per leges accepit.
Certum est modo accipitur pro manifestum est.
Certum est pro deliberatum est iūgitur īfinitiuo.
Confor est qui in administratione censuræ est.
Censorius est qui perfunctus est censura.
Circumstare pro eo quod est circundare.
Circumstare est inuadere & circumuenire.
Circiter frequentissime ad numerum refertur.
Refertur quandoq; ad tempus & ad locum.
Continuo. protinus. statim notum est quid sint.
Quod si additur negatio ualent pro non ideo.
Comeatus in singulari est licentia ad tempus.
Comeatus in utroq; numero la prouision.
Comendo te regi idest committo te.
Comendo te apud regem idest laudo te.
Commentarius est in quo res nudæ scribuntur.
Libri sunt in quos auctorum opera diuiduntur.
Volumen est minus quam liber.
Concilium amorem dicimus sed non gratiam.
Inimus gratiam: sed non inimus amorem.
Reconciliare & in gratiam redire idem.
Conciliamus novos amicos reconciliamus ueteres
Comitari est minorum ad maiores.
Affectari est comitatum alicui præstare.
Deducere est aliquem de illius domo comitari.
Reducere est illum usq; in domum comitari.

Coenaculum est pars domus superior ad coenandum.
Coenatio est locus inferior domus ad coenandum
Comes est qui alterius ductum sequitur ut cumq;
socius est in negotiis seriisq; rebus.
Sodalis est in leuioribus & iocosis.
Comis est benignus & qui aliis inseruit.
Collis est monticulus separatus siue pars montis.
Iugum est ut sic dicam ipsa montis arduitas.
Clius est ipsa eadem arduitas sed clemens.
Promontorium est mons in mare prominens.
Coxa est pars supra femora uertebumq; ipsum.
Femora partem cruris exteriorē significant.
Femina partem interiorē mollioremque
Copia in singulari est facultas & iūgitur. do. & facio.
Copia quoq; in singulari est abundantia.
Copiæ in numero plurali est exercitus.
Condictio est denunciatio siue actio in personam.
Conditio uero fortunam & statum dicit.
Corpus in nobis uiuentibus est. unde corpulentus.
Caro est cadaueris quæ & pulpa dicitur.
Consolor & consolatio uerbis fit.
Solor & solatium rebus ipsis fit.
Solamen magis est poeticum quam oratorium.
Conciuis est qui est eiusdem ciuitatis cum alio
Conterraneus est qui est eiusdem territorii.
Corporeū est existēs ex materia corporea ut lapis
Corporale existens ī materia corporea ut domus

Complodere est manus inuicem collidere.
Explodere est cum sonitu manibus eiicere.
Supplodere est pedem terræ incutere.
Cordi est mihi ire. i. placet mihi ire.
In animo est mihi ire. i. constituo ire.
Compertum & exploratum est mihi. i. scio.
Constitutum & deliberatum est mihi. i. decreui.
Consulo te. i. consilium peto a te. unde est consultor
Consulo tibi. i. consilium do a quo est consultus.
Conuenit mihi. i. decens & conueniens est.
Conuenit inter uos. i. controuersia caret.
Conflaui æs alienum. idest factus sum debitor.
Dissolui æs alienum. i. quod contraxi soluo.
Consternere ad corpus tantum pertinet.
Consternari ad animum quum mens turbata est.
Consul est qui in administratione consulatus est.
Consularis qui iam perfunctus est consulatu.
Crimen modo pro delicto modo pro criminatione
Flagitiū proprie est i libidine quasi flagris dignū
Crudus est qui ægre difficulterque concoquit.
Crudus etiam est qui habet aspectum trucem.
Crudum etiam est uulnus quod est recens.
Crudum etiam dicitur non coctum & immaturū.
Crepitus est sonitus uiolentus ex æris impulsu.
Crepitus etiam est uentris uentus exclusus.
Strepitus fit ex corporum & uocum collisione
Fremitus est strepitus uehementior.

Stridor est acrior & quasi sibilans collisio.
Confero me ad catonem non in catonem. i. eo.
Confero beneficia in catonem nō ad catonē. i. do
Cumprimū coniūctio est. ut cumprimū ueneris dabo.
Quāprimū aduerbiū est pro cito. ut quāprimū dabo.
Cumani dicuntur a cuniis oppido campaniæ.
Comenses a como oppido galliæ cisalpinæ.
Culpa medici perit qui moriturus non erat.
Defectu medici perit cui medicus non adfuit.
Cū. præpositio nunquā iūgitur rei notati instrumentū
Cū coniūctio si refertur ad tū: rei minori iungitur
Tū. uero rei maiori. ut cū pecunias tum uitam
Tum & tū inter æqualia. ut tum pecunias tum libros
Coloriæ uestes sunt quæ natiuo sunt colore.
Versicoloriæ quæ natiuum colorem mutarunt

ebellare est bello uincere & bello capere.
Expugnare est pugnādo uincere & capere
Propugnare est pugnando defendere.
Impugnare & oppugnare est pugnādo laceffere.
Decus est honorificentia ex rebus gestis.
Decor est pulchritudo ex decetia rerū & psonarū
Desipio & desipisco est aliquid a sensu deficio
Resipisco est ad meliorem mentem redeo.
Descendo de monte. i. de alto loco ad imum.
Descendo in certamen. i. de tuto ad periculosum
Deuenimus in planum in uallem a loco altiori.

Deuenimus in paupertatem a maiori fortuna.
Despicio inferiores me loco & fortuna.
Suspicio superiores. i. admiror uel aspicio.
Displicere est circumspicere & prouidere.
Diligere est magis idoneū ad res gerendas cernere.
Eligere uero est ex multis ad nostram utilitatem
Cooptare est eligere inter collegas & pares.
Declamator est qui studet apud rhetorem.
Orator est qui ueras causas in iudicio agit.
Defunctus officio est qui suo officio est perfunctus.
Defunctus quoq; uita qui uitam finiuit.
Deturbare est uiolenter & deorsum deicere.
Exturbare est eodem modo & loco deicere.
Disturbare est dissipando diruendoq; discere.
Deprecor supplicium. i. detestor & execror.
Deprecor ueniam. i. precibus ueniam precor.
Imprecor est alicui malum & infortuniū precor.
Decuriones sunt qui denis equitibus ex nobilioribus
Centuriones qui centum ex inferioribus præfunt.
Depectus dicit Vulpianus qui turpiter pactus.
Pactus est qui quomodocumq; pepigit.
Decedere est ex officio unde dicitur decessor.
Succedere est in officium unde est successor.
Decedere uita est ex officio uitæ excedere
Depositor est qui depositum alicui creditur.
Depositarius uero cui depositum creditur.
Discere est ut aliquid intelligas quod ignoras.

Ediscere uero est ut memoria complectaris.
Dediscere est quod didiceris obliuisci.
Dicere proprie est oratorum & eleganter loqui.
Dictitare est frequenti loco & tempore dicere.
Dictare est alio uerba excipiente dicere.
Docere discipulos notum est quid significet.
Dedocere est quod alter docuit falsum ostendere
Dico sententiam in senatu quasi consiliarius.
Fero sententiam in foro quasi iudex
Dicere leges est ad eos qui bello superati sunt.
Ferre leges est ad suos unde legum latores
Dies pro certo die generis est masculini.
Dies pro tpe foemininū est & caret plurali.
Domus quando facit domi locum significat.
Domus quum facit domus ædificiū & familiam.
Do litteras tabellario ad aliquem perferendas.
Do litteras ad amicum ut eas legat.
Dono tibi coronam notum est quid significet.
Dono te corona est præmi & honoris gratia.
Do tibi fidem. i. per sancte tibi iuro.
Habeo tibi fidem hoc est credo tibi.
Dudum & iamdudum de breui tempore dicitur.
Nuper. pridem. & iampridem de longiori.
Diu & iamdiu est per longum tempus.

pulæ sunt cibi ministerio hoīm comparati.
Epulum sunt cibi solēniore & conuiuium.

Edicere est magistratum regumque unde edictum.

Indicere est denunciare ut indico bellum.

Elogium est testificatio laudis uel infamiae.

En. nominatiuo & accusatiuo iungitur.

Apud oratores exprobrando cum nominatiuo

Ecce. apud Virgilium semper de re improuisa

E rep. est idem pro rep. & utilitate reip. est.

E regione domus meae pro ex opposito domus.

Ex templo dixit pro ex improuiso dixit.

Ergo & igitur. breuioribus adhibentur conclusionibus

Quare quapropter quamobrem. maioribus.

Etsi quaquam. in principiis poscunt indicatiuum.

Quauis licet tamen. in aliis locis subiunctiuum.

Euentus iussus permissus. in singulari quartae decli.

Euenta iussa permissa. in plurali secundae decli.

Excubiae. tam diurnae quam noturnae sunt.

Vigiliae. sunt tantummodo nocturnae.

Exemplum est. quod sequimur aut uitamus.

Exemplar ex quo simile aliquid facimus.

Existit quod eminet & exurgit cum motu.

Extat quod eminet & superstat sine motu.

Exprobrare est immemorem beneficii culpae.

Imputare est citra reprehensionem id facere.

Esse praesentis uerbi infiniti est. fore futuri.

Eodem modo differunt adesse adfore profore.

facio te certiore non facio certum neque ago.

Facio gratum. rem diuinam. dannum non ago.

Facies magis ad corpus pertinet ut facies longa.

Vultus ad animum refertur ut vultus tristis.

Factio est diuisio ciuium in diuersa studia.

Seditio quum populo discorde res ad manum uenit

Fama graece idem est quod rumor latine. sed.

Rumor est tantum de re quae recens est

Fama uero etiam de antiqua dicitur.

Fama quoque significat hominis celebritatem.

Fatuus est insipiens tractum a sapore ciborum.

Stolidus qui proxime ad naturam accedit.

Stultus est qui improuidens est & imprudens.

Facile scribit pro eo quod est leuiter scribit.

Facile princeps oratorum est idest non dubie.

Fero auxilium do auxilium recte dicitur.

Do opem non dicitur sed fero opem unde opitulator

Festus dies recte dicitur & non festiuus unde festum.

Festiuus homo idest iucundus unde festiuitas.

Ferus homo qui animum ferinum obtinet.

Ferox homo qui animosus est ad certandum.

Fessus est fatigatus siue animo siue corpore.

Defessus & defatigatus quae amplius fatigari non potest

Ficus fici uel ficus pro fructu & pro arbore. g. f.

Ficus fici genere masculino pro morbo acipitur.

Filius. Pater. Mater. magis ab oratoribus dicitur.

Gnatus genitor genitrix. magis sunt poetarum.

Fingere dicitur qui formas ducit ex luto.

Effingere qui ad alterius formam aliquid fingit.
Flere est lachrymas effundere in dolore.
Gemere est præ angustia in sonum erumpere.
Plorare est uoce flebili dolorem suum aperire.
Plangere est percussione membrorum se affligere.
Eiulare est alta uoce flere quod est mulierum.
Vociferari est non modo dolorem sed indignationem ostendere.
Lamentari est orationi tristi cladem testari.
Foelix est qui prosperitatem recipit ut homo foelix.
Prosperum est quod foelicitatem affert ut sydus.
Foelix etiam aliquando ab effectu dicitur.
Foenero tibi dicitur sicut mutuo tibi & promitto tibi
Foeneror abste sicut mutuor abste & stipulor abste.
Foenus est proventus ex ipso solo quod est naturale.
Foenus quod est usura a priori significato defluxit
Vectigal ex omni predio est uel publicum uel priuatum
Frux est quidquid ex terræ fructu in cibum uertimus
Seges est ex qua conficitur panis non de messis.
Seges etiam est terra sementi excipiende subacta
Frondes sunt tantum arborum.
Folia sunt etiam aliarum rerum florum herbarum
Frui est potiri aliqua re propter seipsam.
Fungi est officium munusque agere.
Potior cum hoc nomine res genitiuo pluri iungitur
Potior alias cum ablatiuo & significat obtinere.

Eustus est actio quaedam & corporis pronuntiatio.

Gestio est administratio quaedam & actio.
Gemmae sunt lapilli omnes preciosi praeter margaritam.
Margarita est quae in concha nascitur.
Vnio uero est quum magnitudinem solitam excedit
Gratus est in aduersis. Iucundus in prosperis.
Iucundus non est laetus; sed qui laetitiam affert
Gratulari alicui est uerbo testari se gaudere.
de illius foelicitate. Gratari idem est: nisi
quod magis est poeticum quam oratorium
Gratificari est beneficium minori conferre.
Gratum facere est maioribus inseruire
Graue est quod suapte natura ponderosum.
Grauem etiam uirum per translationem dicimus
Gremium est intra complexum foeminum in foeminis
Sinus est intra pectoris brachiorumque complexum.
Sinus etiam est uestis fluxus & littorum curuitas.

abeo rationem salutis. i. habeo respectum.
Constat ratio. i. rationem legitimam esse ostendo.
Habeo orationem dicimus. non facio orationem.
Facio sermonem dicimus. non habeo sermonem.
Hei semper iungitur datiuo. ut hei mihi qualis eras.
Heu accusatiuo & nominatiuo nonnunquam.
Ve semper datiuo iungitur. ut ue tibi cauidice.
Histrio est qui personatus fabulas in scena agit.
Mimus qui quouis in loco gesticulationes exercet
Hiare est aliquid sua sponte uel externa ui.

b. i.

Hiscere est tantum oris & quidem humani.
Hortus est ubi sunt olera quibus uescimur.
Horti sunt arboribus confiti uoluptatis gratia
Hospes est qui in aliena ciuitate est.
Peregrinus est qui in propria ciuitate non est.
Hic ad primā psonam uel res primæ psonæ pertinet
Iste ad secundā personā uel res secundæ personæ.
Ille ad tertiā personam uel res tertiæ personæ.
Eodem modo differunt aduerbia ab eis tracta

Am notum est quid significet. ut iam uenit
Usurpatur quoq; pro tūc ut si sedet iā non stat
Interdico tibi aqua & igni: non aquam & ignem.
Interdicitur tibi a me aqua & igni &
Interdicitur tibi a me aqua & ignis.
Incumbo studiis uel in studia uel ad studia.
Incumbo remis: non remos uel ad remos.
Intercedit mihi tecum amor idest est inter nos.
Intercesserunt tribuni hoc est se opposuerunt.
Instituta sunt boni mores ratione sumpti.
Institutiones sunt præceptiones qbus docemur.
Indulgentia est mollis & delicata educatio.
Venia etiam quandoq; indulgentiam significat.
Infidus est cui non est fidendum a fido fidis.
Perfidus est qui fidem uiolat a fides fidei.
Infensus est uehementer iratus & odium gerens.
Infestus uehementer molestus & nocens.

In diem uiuo. i. tātum diei præsentis rationē habeo.
In dies senesco. i. quotidie magis efficior senex.
Inhibemus rem incoeptam. ut tela inhibete latini.
Proibemus āte rē incoeptā ut hospicio proibētur
Inuertere est rem aliquā in contrarium uertere.
Peruertere est rem aliquam in malum uertere.
In manu mea est negotium. i. in potestate mea est.
In manibus est liber. i. inter manus meas.
Ingredior forum idest intro in forum.
Ingredior idest ambulo. ut si stas ingredi.
Interrogamus causa aliquid intelligendi.
Percontamur uero gratia argumentandi.
Scicitamur: ut uox indicat sciendi gratia.
Introcludo te idest interioribus claudio.
Intercludo te idest iter tuum claudio & impedio.
Incedere est ambulare cum fastu & pompa.
Ambulare simpliciter pedibus ingredi.
Impendere est quasi supra caput ruinā imminere.
Impendere penultima breui est quasi dare.
Perpendere est exacte ponderare & examinare.
Appendere est suspendere & ad lācem ponderare
Inter coenandum uenit: dum essem in coena.
Inter agendum dormio. i. dum sum in actione.
Impono tibi honus. i. iniungo tibi honus.
Impono tibi. i. decipio te unde impostores dicti.
Inficiari & inficias ire. i. negare: sic dicitur ut.
Opem ferre & suppetias ferre. pro auxiliari.

b. ii.

Indoles in pueris est signū futuræ uirtutis.

Indoles etiam in malum accipitur: sed raro.

Iocus & iocari proprie ad uerba tantum pertinet.

Ludus & ludere ad facta ut ludere pila.

Iter facere est quod imperiti dicunt itinerare.

Viam facere est ubi uia non erat aperire.

Munire uiam est reficere & repurgare.

Iter habere: est iter aliquē esse facturum.

abare aliquid est ruere & repente cadere.

Labi uero est leniter sensimq; descendere.

Lacesso & prouoco quod est in certamen uocare.

Plærumq; in bonum nōnūquā ī malum accipiuntur

Latebræ hominum proprie dicuntur.

Latibula uero sūt ferarū sed quādoq; confūduntur.

Legere litteras legere libros notū est quid significet

Perlegere litteras est usq; ad finem legere.

Eodem modo differunt. uigilare peruigilare.

Negare pernegare. agere peragere. & similia.

Leges sunt aut principis aut populi alicuius liberi.

Rogationes dicebantur quia populus rogabatur.

Leuo & alleuo est molestiam laboremq; extenuo.

Subleuo est auxilium defensionemq; præsto.

Littera in singulari est unum elementum. ut. a. b.

Litteræ in plurali est epistola quæ mittitur.

Libertus est q de seruo liber factus est sempq; habet

relationem ad eum cuius est libertus.

.i. d.

Libertinus idem significat nisi q est absolutum.
Libertas in loquendo in bonum accipitur.

Licentia uero est cum quis libertate abutitur.

Libri sunt in quos auctorum opera diuiduntur.

Volumina uero sunt minora quam libri.

Ludicrū substatiue est quodcumq; lusoriū opus unde
ludicrū ludicra ludicrū. nō ut dicit pscianū ludicre

Lucus est silua non cedua deo uel homini consecrata.

Saltū silua ubi pecudes hyemare aut æstiuare solēt

Nemora uoluptatis causa cōstāt arte siue natura

Silua est ubicūq; sunt arbores ceduæ uel inceduæ

Lues est morbus in hoīes læuiēs & pecora & agros.

pestis & pestilentia aut cito occidit aut cito abit.

Lubricus locus est in quo nequeas insistere.

Lubrica est anguilla quæ nō potest retineri facile.

Lubrica ætas in qua qui sunt facile labuntur.

Luce & tenebris pro die ac nocte accipim⁹ Sed prima
luce & primis tenebris est principio diei & noctis

prima die prima nocte respectu secunde dicitur.

Reperitur uero luci pro luce. uespi pro uespere. &

ruri pro rure. carthagini pro carthagine. Sed ser

uius uult hæc noīa proprie debere poni in datiuo.

Ale de te sentio. existimo. iudico nō errorē

sētietis: sed ei⁹ de quo sētim⁹ uitiū designat

Male audio est malā famā habeo. i. infamor.

Magni parui tanti quāti in genitiuo sola iūguntur.

b. iii.

cum illis uerbis interest & refer. ut magni interest
Cætera in nōtio uel adūbiallyter. ut plurimū interest
Sex pronōia in ablatiō. mea. nra. tua. ur̄a. sua. cuius
Maleolus est in modū malei rostra habēs aptus plātatiōi
Sarmentum est arefactum quod igni reseruatur.
Palme est cum in uite frondes uasq; habet.
Marinum est quod in mari est. ut piscis marinus.
Maritimū est q̄ iuxta mare est. ut urbs maritima
Trāsmarinū est quod trās mare ē. ut bellū trāsm.
Meditari præter eā significationē qm̄ hēt in prōptu
est etiam ad aliquid se exercere. Apud uirgilium
quoq; meditari est suauiter & dulce cantare.
Memoria teneo recte dicitur; nō memoriter teneo.
Memoriter recito meōriter pronūcio nō meōria.
Memoria & memoriter cōplector. repeto. recolo
Memini pro recordor genitiuo & accusatiō iungitur
Memini pro mētionē facio genitiuo & ablatiō cum de
Messis tum ipsa messio est tum seges iam matura.
Sementis est satio siue ut ita dicā seminatio.
Semen est quod in terram subactam iacitur.
Merere est mercede operari & in militia exerceri. un
de meritoria taberna quo sine mercede nō est adi
tus & meritorius peur q̄ mercede prestat libidini.
Meritoria puella nō dicitur sed meretrix. q̄a meit
Mereor de te bene. i. beneficium in te confero.
Mereor de te male. i. mala in te contuli.
Demereor amicos. i. beneficiis illos mihi obnoxios.

facio.
Emerere. unde est emeritus a labore cessare.
Ministerium in singulari est ministri opera.
Ministeria in plurali pro ministris accipiuntur
Eodem modo differūt seruicium & seruicia.
Mille in singulari substantiuū est. ut Cicero mille ho
minum uersabatur. & mille nummum expensum.
Milia uero in plurali est ab eo quod est mille.
Mille in plurali adiectiuum est. ut mille uiri.
Moratus ille dicitur qui bonis moribus est peditus
Morigeratus ē obsequens & obediēs a uōbo morigero
Mollis homo in uituperationē dicitur. i. effoeminatus
Molle opus in laudem. idest fabrefactum.
Moror te & maneo te pro expecto te sed poetice.
Moror te. idest detineo te magis oratorium est.
Maneo pro eo q̄ futurū est ut q̄s te manet exitus
Munimenta sunt munitiones castrorū ut uallū fossa.
Monumenta sūt sepulcra statua. tituli. littera.
Murus est ambitus urbis aut etiam castrorum.
Paries est ambitus ille domorū quo tecta fulciuntur
Moenia & muros significant & urbis ædificia.
Mulier ea dicitur quæ corrupta est. uirgo quæ itegra
patitur tamen utrumq; aliquando exceptionem.
Munus teste paulo dicitur quod dono mittitur.
Alio modo munus est onus. unde imunitas dicitur
Munus præterea est officium. ut militare munus

b. iiii.

atalis & natale substantiue est dies natalicius.

Natales uero ī plī sāguinis conditionē signifi.

Ne dicā substātiuō prācedēte uult post se accusatiuū
ut Cicero crudelis castor ne dicam sceleratū & im
piū. secus autem sequēte substātiuō: ut si dicamus
Crudelis ne dicam sceleratus & impius castor.

Necatus generalem habet significationem.

Nectus non dicitur sine certo genere mortis.

Nedum uno modo utimur cum utramq; sententiam
uno claudimus uerbo. ut funderem pro te sangui
nem nedum pecuniam Altero cum suū utriq; sen
tentia uerbum damus. ut funderem pro te sangui
nem nedum pecuniam crederem.

Sed affirmādo q̄ est maioris momēti prāponim9

Negādo uero cōtra quod est maius postponim9.

Næ cum diphthongo pro ualde accipitur.

Ne produēte accepta pro nō. ne correpte pro an.

Nisi quotiens ponitur in prīcipio īdicatiuū postulat

Alias uero etiam subiunctiuo iungi potest.

Nihil ad cæsar̄is equitatū. idest nihil ad comparatio
nem cæsar̄is equitatus. Terentius nihil ad nostrā.
idest nihil ad comparationem huius nostræ.

Non me fallit non me prāterit non me fugit nō me
capit. est non ignoro. teste Quintiliano.

Noqualis inquit paulus est terra prescisa anno cæssās

Ager restibilis inquit uarro quod restituitur.

Nunc aduerbium tempus instans significat.

Nunc etiā sine temporis significatione usurpatur
Cicero. Plura euenirent si ad quietē integri iremus.

Nūc onusti cibo & uino cōfusa & pturbata cernim9
Nutare est male solidatæ molis ruinam minari.

Titubare est pedibus non ualentis insistere.

Vacillare est alterno motu inconstantem esse.

Nuncius est qui nūciat & quod nunciatur quod. n.
dicit seruius nunciū esse quod nūciatur nō est uerū

uocatio & accusatio iūgi potest. ut o me mi

serū o te īfoelicē. Aliq̄ndo supprimitur. sed

in re leuiori. ut hominē indoctū qui hæc ignoret.

Obseruo idest custodio a quo uerbo est obseruatio.

Obseruo. i. colo & ueneror a quo est obseruancia.

Obeo legationē exequor munus & officiū legationis

Sic obeo mortē exequor officiū mortis: & obeo nō

addendo mortem sicut oppeto mortem & oppeto

defunctus uita & defunctus.

Obuio tibi. obuio tibi fio. obuio me tibi fero. obuio
tibi sum. obuio tibi processi idem significat.

Obses est qui traditur imperio alterius quasi pignus

Vas est qui est sponsor alterius in capitis periculo

Fideiussor est qui spondet in causis leuioribus.

Ociū est uacatio a labore cuius contrariū est negociū

Ocium quoq; pro studio litterario accipitur.

Occupare est locum tenere & ui capere. & etiam

Occupare ante capere quod dicunt præoccupare.

Odor notum est quid significet in utroq; numero.

Odores in plurali numero sunt odoramenta.

Officium est uirtutis actio pro loco & tempore.

Officium est beneficium & obsequium in amicos.

Officium quoq; est magistratum & aliarū artium.

Officina est ubi opera fiunt. unde sunt opifices.

Taberna est ubi opera uendūtur. unde tabernarii

Opera. ut dicit Vulpianus est diurnum officium.

Opus est finis fructusq; opere. ut opus ovidii.

Operaprecium est fructuosum & ad rem p̄tinens

Orare est uerbis aliquam rem petere.

Exorare est orando & precibus aliquid impetrare

Oriundus a roma idest cuius maiores fuerūt romani

Ortus romæ idest qui in urbe roma natus est.

Ordo est digestio & suo cuiusq; rei loco dispositio.

Series est rerum quædam continuata progressio.

Orphanus est qui caret patre præsidioq; paterno

Pupillus est qui caret patre sed tantisper dum est ī ea ætate cui dari consueuerunt tutores.

Orbus est qui aliqua re chara priuatq; est ut filiis

arasitq; est q̄ uentris gratia nihil recusat ferre & oīa loquitur ad uoluptatē inuitātis eū

Scurra est q̄ risum ab audientibus captat sine dria

Pastio est ipsa pascendi actio quæ ad pecudes p̄tinet

Pastus homini competit & poti9 ad animū p̄tinet

Pabulū est cibus pecorū q̄ sine semine est ut palea

Eisca & hoīm est & q̄ captādis piscibus subditur.

Pasci pecudum est & construitur cum accusatiuo.

Vesci hominum est construiturq; cum ablatiui.

Partior idem est quod partes facio & distribuo.

Partio raro reperitur: sed imptio frequenter.

Pacificatus sum. idest pacem feci.

Pacatus sum in pace sum uel ab armis recessi.

Placatus sum ab indignatione ad lenitatem redii

Parem esse idem est quod sufficere alicui operi.

Par esse idem est quod esse conueniens & decens.

Paria facere est quod alibi omissū est compēsare.

Patres inquit paulus usq; ad tritauos proprie dici.

Qui supra tritauos sūt maiores debere appellari.

Minores dicit serui9 nūcupi quotiēs deficit nomē

ī posteris. Sed poti9 dicendū est esse maiores qui

nos præcesserūt: minores uero qui sequuntur.

Penu continentur quæ ad uictum priuatum pertinet

Penariū est loc9 teste uarrone ubi penu reponitur

Cômeatus dicitur q̄ ad uictum publicū pertinet.

Pecus significat omne aīal quod sub hoīne ex pabulo

terre pascitur. Significat etiā multitudinē pecudū

Pergameni ab oppido asiæ quod est pargamus.

Bergomenes a bergomo galix cisalpine oppido.

Per in compositione cū nomine positiuo iungitur.

Quam uero suplatiui ut p̄doctus quādoctissimus

Perquā uero positiui. ut perquamdoctus homo.

Quam pro quantum semper positiui adiungitur.

Per aliquādo ī malū accipitur. ut periurus perfidus.

Aliquādo accipitur quasi per medium perspicuus.
Præ idem significat sed cum aliis dictionibus iun-
gitur quam per. ut præclarus. prædulcis. prædiues
Perinde uult post se ac si. uel atq; . ut fac perinde ac si
tua res esset. uel atq; tua res esset.
Proinde idem est quod ideo uel ideoq; .
Subinde accipitur pro deinde statim uel identidem
Petere & in bonum & in malum accipitur.
Posco est proprie rem debitam & honestam peto
Postulo est quodāmodo requiro ut res postulat.
Expostulo est cum querela amici officiū desidero
Flagito est uehementer & importune postulo.
Persequor & in bonam partem & in malam accipitur
Prosequor ablatio iūgitur. ut prosequor te oculis
Peculium est quidquid labore nostro comparatur.
Peculatus est furtum rerū ad remp. pertinentium
Sacrilegium est furtū rerum sacrarum.
Pellex est quæ cum eo cui est uxor miscetur.
Palaca est concubina eius qui non habet uxorem
Pluit caret supposito & construitur cum ablatiuo
Ningit tonat serenat & similia utrunq; respuunt
Plura possunt esse duo & est nomen comparatiuum.
Complura duo esse nō possunt & nō est cōparatiuū.
Pleriq; modo maximā ptem significat mō nōnuli
Porro licet eiusdē significatiōis sit cuius uero & autē
hæc semper postponuntur illud potest etiā preponi
Pendo teste phoca singulari numero caret dicimus ta

men duo tria pondo non bina terna pondo.
Potior cū hoc nomine res ī plurali gtiō iūgitur cum
aliis uero noībus frequentius ablatiuo copulatur.
Potus uini aquæ lactis & similibus recte dicitur.
Potio datur ægrotanti q; græce pharmacū dicitur
Pompa est spectaculū in prosperis rebus & aduersis.
Spectaculū uero est q; spectatur & ipsa spectatio.
Locus etiam unde spectamus spectaculum dicitur
Proteruus procax & petulās aliud alio magis īcrescit
tam in factis quā in dictis significantq; quandam
lasciuam libidinemq; & impudentiam.
Præsens non modo quod est huius temporis sed etiā
alterius. ut Horatius præsens in tempus omittat.
Præsens quoq; subitus & nō dilatus ī tempore unde
præsentissimū piculum & præsentaneū remedium
Præsse est rei administrandæ præpositū esse ab hoc fit
præsens quod a uerbi significatione recessit.
Præsidere est ad opem præstādā. præsse a quo fit
preses sicut a desideo deses a resideo reses.
Præsidium est præcipuum auxilium.
Subsidium est quod in auxilium succedit.
Præstare præter eam significationē quā præse fert.
Significat etiā prohibere ne alicui fiat incōmodū.
Pridie & postridie genitiō seruiūt & accusatiō ut pri-
die nonarum decembrium & pridie nonas.
Procul apud quosdam auctores accusatiuo seruit. ut
curtius procul urbem & cætera.

Prius uocauit te ad tempus referri debet.

Prior uocauit te ad personam potius refertur estque inter duo sicut primus inter plura. ut ego prior quam tu ueni domum & ego primus omnium ueni.

Eadem ratio est de posterior & postremus.

Præ me fero est dicto uel facto qualem opinionem habeam quasi ipsa fronte confiteri. In eadem significatione sunt præ me duco. præ me gero.

Prisca sunt quæ superioribus sæculis fuerunt.

Pristina quæ fuerunt prioribus annis.

Probrum idem est quod dedecus & ignominia.

Probriū est aliquando facto sed frequentius dicto

Pulsare est graui & uehementi ictu cædere.

Verberare est cædere instrumento longo & exili.

Præuaricatores sunt qui causam aduersariis donant.

Tergiuersatores qui in totum ab accusatione desistunt.

Vado & quandoque idem est quod quoniã

Quatenus idem significabat Quintiliani scđo

Cicero tamen quatenus pro in quantum utitur.

Quæstus in plurali pro querela a queror quereris.

Quæstus etiam in singulari significat lucrum nũmarium deriuaturque a uerbo quæro queris.

Quidẽ uno modo accipitur ad distinguendũ res quod græci nimum faciunt. ut alio quodẽ bono alius uero nõ

Altero modo per exceptionem illi quod affirmes. ut

Quintilianus torquibus quodẽ filiũ sed fatebitur mater.

Tertio modo ponitur completiẽ nõ sequente ei quod aduersatiã

Quinmodo pro quinetiam siue atque etiã accipitur

Qui pro ut nõ desiderat subiunctiuũ ut qui adeas

Quin pro cur nõ semper interrogat per indicatiuũ

Quid substantiuũ est. ut quid negotii est tibi.

Quod adiectiuũ ut quod negotium est tibi.

Quisque cum superlatiuo constructur. ut optimus quisque

Cunctus & omnis positiuo iungitur. ut cuncti sapientes

Omnes docti. At uero omnis comparatiuo additur.

Quæ uero superlatiuo caret etiã cum quisque iungitur

Quotus quisque semper interrogatiue accipitur

Hegini ex oppido calabriæ regio dicuntur

Regienses ex regio galliæ cisalpinæ regio.

Retulit pompeius ad senatũ. i. in consultationem posuit.

Refero tibi beneficiũ idest confiteor me accepisse.

Rixa ut dicit Vulpianus potest esse inter duos.

Turba uero in multitudine & coetu hominum tantum

Aluber cibo saluber ær est sanitatem conferens

Sanus homo. sanum caput est sanitatem habens.

Satiare ad omnes sensus pertinet atque etiã ad animum

Saturare ad unum gustum pertinet tantum.

Salio unde saltus deducitur est saltum facere.

Salto unde saltatio fit: est tripudium facere.

Scilicet & uidelicet idem significare uidetur quod certe

sed per amaritudinem quandam cum derisu mista

Recentiores utuntur **expositiue** hiis particulis.
Sciens feci ignorans feci. .i. cum faciebā sciui me face
 re. & cum ignorabam sciui me ignorare. **Scienter**
 feci ignoranter feci idest cum ignorantia feci.
Secundum particula notum est quid significet.
 Secundum præterea accipitur pro iuxta & post.
 Secūdu etiam pro eo quod est pro. ut secundū me
 iudicatum est idest pro me sententia est lata.
Senecta & senectus utraq; est senilis ætas.
Iuuetus nō modo ætas: sed multitudo iuuenū est.
Si pro si nunquam in prima pte collocatur: sed in se
 cunda cum præcessit. si. est igitur. sin. sed. si.
Syncerus ut dicit donatus est sine cera. ut mel simplex
 Sed potius dicendum est syncerus. .i. integer & in
 corruptus. quasi cum cera & nulla parte fraudatū.
Situs dicit priscianus est negligentia: sed potius est
 fordes illa & illuies domus diu non repurgatæ.
Solus & unus. inter omnia adiectiua quæ non sunt su
 perlatiua genitiuo plurali iūgūtur ut solus oīum.
Stare est non ire in iis quæ eūt sine pedibus. ut nauis
Stant quæ recta sūt quādiu non cadunt. ut stat turris
Stāt quædā si nō eunt cū ire possint. ut equus hō.
Sedere in hominibus notum est quomodo fit.
Sidere est pessum ire deorsumq; descendere.
Sto. uerbum absolutum est. **Sisto** actiuū ut Virgilius
Siste gradum. utrumq; habet supinum statum.
Stellæ. inquit macrobius sūt singulares. ut erraticæ.

Sydera constāt multarum compositione. ut aries.
Alstrum est signum ex stellis coactum quod nos di
 cimus sydus. quæ differentia non obseruatur.
Super contiguitatem significat. ut sedeo sup lapidē.
Supra spaciū interpolationē. ut nubes pēdet supra nos
Suffragia sunt uoces quæ dantur in electione.
 Vnde suffragari pro auxiliari plærumq; iuenitur

antū abest post se hēt ut aut semel ut Cicero
 tātum abest ab officio ut nihil officio possit
 magis esse contrariū. aut bis. ut idem. tantū abest
 ut aliquam bonam gratiā quæsisse uidear ut mul
 tas etiam similtates subeundas intelligam.
Tanti & quanti & ab eis composita tantidem & quan
 tilibet quanticumq;. totidem pluris & minori iun
 gūtur his uerbis. emo. uenūdo. ueneo. mercor. cō
 po. æstimo. taxo. liceor. addico. distraho. metior.
 conduco. loco. foeneror. pacifcor. pāgo. condēno.
 postulo. & similibus uerbis.
Tenus semper postponitur atq; in singulari cū ablati
 uo tantum: ī plurali etiam cū genitiuo. ut Virgi.
Crurum tenus a mento palearia pendent.
Thebani a thebis quæ est urbs in boetia insignis.
Thebeus a thebe urbe antiquissima in ægypto.
Timeo te. .i. tanquam inimicum metuo te.
Timeo tibi metuo tibi tanquam amico.
Traicio exercitū. .i. trans mare trans mōtes transflu

c. i.

men duco. traicio mare. i. transeo.

Triclinium a tribus toris mensisue appellatum est.

Aula est græce quam latini atrium appelant.

Tollo aliquando pro capio. ut sustuli filium.

Tollo aliquando pro educo accipi solet.

alde positiuo & uerbo iūgitur. sed nō longe

ut ualde doctus ualde legit nō lōge doctus.

longe legit. nec ualde ditior ualde ditissimus.

Venio in suspicionem semper passiuē accipitur ueni ī

obliuionem. ueni in uituperationem etiā passiuē.

Veni in opinionem actiuē & passiuē solet accipi.

Vector unum ex uerbalibus ī. or. passionē significat

idest eum qui uehitur. Aliquando qui uehit.

Venale significat rem uenditioni expositam.

Vendibile quod cito uendi potest.

Vendico ut sic dicam est proprio & meum dico.

Vindico est ulciscor. aliquādo ab iniuria defendo

Ventitare est frequenter uenire.

Aduentare est proximum esse ut ueniat.

Verficoloria dicuntur quæ natiuum colorem mutant

Coloria quæ colorem habent natiuum.

Vicus urbis est pars. uicus paganus muris caret.

Castellum est quod muris cinctum est.

Oppidum est omnis urbs præter romam.

Victus appellatione continetur homini necessaria ad

uitam. Penus est quo homines uescuntur.

Vltro citroq; ad dicta & facta refertur.

Vsurpare est uti tum dicto tum facto.

Vt. pro utpote siue quippe sequenti relatiuo.

Quintilianus non damno ut qui dixerim esse ī om-
nibus utilitatis aliquid.

FINIS.

Ex nonio Marcello.

Perire leuius est & habet inuentionis spem.

Interire est funditus & sine spe perire.

Alere est uictu temporali uitam sustinere.

Educare autem ad facietatem ppetuam educere.

Horrendum est quod est tetrum atq; euitabile.

Horridum est plarumq; extans & prominens.

Meretrix honestioris loci est & quæstus.

Prostibula quod prostat omnibus die noctuq;.

Genitrix semper quæ genuit nuncupatur.

Mater uero aliquando pro nutrice ponitur.

Pudet ad uerecundiam pertinere uidetur.

Piget uero ad poenitentiam potius refertur.

Osculum ab ore dicitur & honesta res esse potest.

Suauium a suauitate. & est uoluptatis.

Sacrificare est sacrificio ueniam petere.

Litare est propiciare & uotum impetrare.

c. ii.

Expleri est tantummodo plenum esse.

Satiari uero est supra modum saturum esse.

Arcus per. c. suspensus appellatur fornix.

Arquus per. q. nō nisi ī coelo quē irim dixerunt.

Fors est casus temporalis fortuna. dea ipsa est.

Ferus est s̄uus. ferox uero fortis est.

Faustum a fauendo dictum est prosperū & propiciū.

Festum uero solenniter lætum & feriatum.

Animus est quo sapimus. Anima uero qua uiuimus.

Vultus est uoluntas quæ pro motu animi ī facie ostēditur. Facies est oris species.

Musare hoīm est occulte & præssa uoce loquentium.

Murmurare maioris soni ē & proximi ad tumultū

Fora genere neutro iudiciorum & litium sedes est.

Fori in genere masculino spacia in nauibus aperta.

Peritum esse plus est quam doctum esse.

Urbis appellatione ædificia continentur.

Ciuitatis nomine incolæ solum intelliguntur.

Portentum quod portendat & aliquid iam apportet.

Prodigiū semp pessimū est quasi porro adigendū.

Iniuria leuior est res. Contumelia uero grauior.

Flumen est telum ipsum quod iacitur.

Fulgur ignis qui coruscat e flumine.

Vnde & fulgetra etiam dicitur fulgor.

Iurgium est dissensio inter beniuolos & propinquos.

Lis appellatur dissensio inter inimicos.

Audacia temeritatis est audentia fortitudinis.

Merx & mercatura hoc distāt: quod merx est species ipsa. mercatura actus. mercatus locus ipse.

Peius est a malo. Deterius uero a bono.

Circus est planities rotunda ut circuitus.

Globus soliditas undecūq; rotunda ut sphaera.

Præda est corpora ipsarum rerum quæ capiuntur.

Manubiæ uero pecuniæ ex præda uendita.

Peruicacia est interdum bonarum rerum pseuerācia

Pertinacia uero semper in malum accipitur.

Morosi dicuntur qui sunt peruersis moribus.

Morati bonis moribus præditi.

Vegetum est incolume. Vegens uero forte.

Profiteri uoluntatis est. confiteri necessitatis.

Vlcus est tecta & clausa malignitas. Vulnus hians.

Turpe leuior res est. foedum uero grauior.

Dignitas proprie uirorum est: uenustas foeminarū.

Despicere grauius est quam contemnere.

Cupiditas leuior quædam res est quam cupido.

Aemulatio leuiorem admittit imitatio simplex est.

Meminisse oīum est animātium ut dicit Aristoteles

In memoriam reducere solius hominis est.

Auarq; nō caret reprehensione. auidus carere potest.



Ex seruiō in bucolica Virgīlii.

Patulum est quod semper apertum est ut aures.

Patens quod uicissī aperitur clauditurq; ut oculi.
Aeger & corpore & animo recte dicitur.

Aegrotus & ægrotare ad corpus tantum pertinet
Septa locus erat comitiorum in campo martio.

Ouilia sunt ubi oues stabulantur: sed uirgilius
septum pro ouili Lucanus ouile pro septo posuit.

Labra uirorum sunt. Labia foeminarum labella.

Deliciarum. quæ differentia Seruio non placet.
Nuces sunt foetus arborum cortices duros habentes

Poma sunt foetus habentes cutem molliorem.
De in compositione aliquando auget ut deamo te

Aliquando uero minuit ut demens desipio.
Mulctra est tempus quo pecudes mulgeri debent.

Mulctrarium est uas ipsum in quo lac excipitur.
Frondere ad arbores steriles pertinet ut alnos.

Parturire ad feraces ut pyros prunos cerasos.
Amamus pares amicos. atq; etiam inferiores.

Colimus autem & obseruam; amicos potentiores
Timidus est qui semper & quasi natura timet.

Timens qui ad tempus & ex causa formidat.
Sinus prima breui est gremium: & maris ambitus.

Sinum prima longa genus quoddam est uasis.

Quiesco uerbum absolutum est a labore cesso.

Quiesco uerbum actiuum est quiescere facio.

Humidum est quod extrinsecus habet humorem:

Vuidum est quod intra habet humorem.

Dryades nymphæ sunt quæ inter arbores habitant.

Hamadryades quæ cū arboribus oriūtur & peunt

Oreades quæ in montibus agunt ab oros mons.

Ex seruiō in georgica Virgīlii.

Frumenta sunt omnia quæ ex se mittunt aristas.

Far species est frumenti. quod scandia dicitur.

Legumina sunt quæ radicitus a terra euelluntur.

Rastra sunt quibus terra erraditur agricolis.

Marræ quibus glebæ grandiores occantur.

Sarculi bidentes ligones quibus terra pastinatur.

Cominus dicitur aliquid fieri quasi cum manibus

Eminus a longe quasi extra manus.

Medico te & medicor te cum accusatiuo iungitur.

Medeor tibi cum datiuo construitur.

Deducere riuos est ex agro per emissarium siccare.

Inducere riuos in agrum est irrigare.

Asia prima breui est tertia pars orbis terræ.

Asia prima longa est palus minoris asiæ.

Cerasus arbor est quam lucullus ex ponto uexit.

Cornus eiusdē speciei est nisi q; habet poma dura

Plantæ sunt surculi & talee rapti de arboribus.

Plātaria q̄ ex seminibus nata cū terra trāsferūtur
Generatim differendum est. i. per singula genera.

Generaliter defferemus. i. simul omnia.

Sulcus est tenuis & non multum terre impressus.

Scrobs est fossa in terræ profundum dimissa.

Botryo uua est significatq; latine Vuam.

Racemus est pars botryonis. uulgo dicitur gaio.

Olea est arbor ipsa unde oleum deducitur.

Oliua uero fructus a quo trahitur oliuum.

Carcer numero singulari est ubi noxii custodiuntur

Carceres sunt repagula æquorum dicti ab arcēdo.

Pernix modo uelocem significat. ut p̄nicibus alis.

Modo perseuerans ut pernicis uxor appuli.

Barba in singulari hominum est.

Barbæ in plurali quadrupedum ut hircorum.

De nominibus magistratu uum romanorum.

Rex romulus omnium primus a regendo dictus.

Senatores a senectute appellati. uel a sinēdo: q̄a magistratibus non plus licebat quam senatus sinebat.

Tribunus celerum regi proximus erat: & trecētis militibus.

bus ad regis cōtinuam custodiam præerat. celeres autem a celeritate dicti sunt.

Præfectus urbis qui custodiæ urbis prepositus erat.

Quæstores q̄ arario præfecti erāt & sūptibus publicis.

Interrex qui quandiu resp. rege aut consule carebat uicem regis uel consulis gerebat.

Consules annum magistratum habebant. Sed ne duplicata regia potestas uideretur: in cuius locū consules successerant: alternis uicibus imperabant.

Dictator extra ordinarium magistratū habebat: nec ultra sex menses extendi poterat. nec appellari ab eo poterat & omnibus magistratibus præerat.

Magister equitum dictatori proximus. & equitibus regendis præferebatur.

Tribunus plebis defensor plebis erat contra senatum & consules. ne uis aliqua in plebem aut uis afferretur. & æqua in ciuitate. aut maior libertas esset.

Decem uiri omnibus urbis magistratibus per annum sublatis legum condendarum causa & iudiciorum ferendorum decem numero constituti. Senatus cōsulto & populi consensu fuerunt & pro cæteris magistratibus officia omnia obibant.

Censores duo tantū moribus ciuitatis præerant & lustris cōdendis. q̄ totā ciuitatem sequēte populo cū publica precatione abibant: scriba censoris p̄eunte & carmē cātate ut dii rempublicā meliorem āpliores quæ redderēt. Cēlebatur etiā quot millia ciuiū ro

essent illo lustro,

Prætores urbani qui legibus moderandis & iudiciū sententiis corrigendis in urbe præerant. Sex lictores eos præcedebant & erant consulibus dignitate proximi

Prætores peregrini in urbe ideo constituti erant ut peregrinis inter se disceptantibus ius redderent: quod prætor urbanus non poterat sufficere.

Prætores provinciales cum imperio in provincias regendas conseruandasque mittebantur

Imperatores exercitui præerant & singuli aliqua re gesta uel ab exercitu uel a senatu hoc nomine appellati.

Tribuni militum exercitus patroni erant quales tribuni pleuis in urbe pro pleue.

Legati erant qui ducibus exercitus a senatu dabatur non solum adiutores sed custodes etiam & animaduersores rerum a duce gerendarum: ita ut nihil ipsis ignaris a duce gereretur.

Aediles curules erant qui ædibus publicis ac templis præerant ac ludis. ædiles ab ædibus curules a sella curuli qua uehebantur dicti.

Trium uiri præerant incendiis nocturnis & excubiis. item reis puniendis & carceribus.

Proconsules cum imperio consulari loco consulum in prouintiam mittebantur.

Præsides qui cæteris magistratibus præerant. & erat commune magistratus nomen qui cæteris præerat.

Præfecti uirgilium publicis incendiis præerant. sed

præfectis urbis potestate inferiores.

Præfecti prætorio qui legum condendarum potestatem habebant: dum modo generalibus legibus non contra rie essent: nec ab eis appellari licebat.

Pontifices maximi non ad publicos magistratus sed ad religionem pertinebant & cæteris præerant nec poterat nisi unus esse qui templo uestæ custodie paladii una cum sacerdote maxima præerat.

Pater patratus sacerdotibus fecialibus præpositus erat Sacerdotes feciales foederibus faciendis præerant.

Rex sacramentorum pontifici maxime subiciebatur. cum enim a regibus sacra constituta essent: ne omnino religio illa extincta uideretur delectus est unus qui Rex sacramentorum diceretur. sed ne regiam dignitatem usurparet appellatione regis pontifici maiori subiectus erat Sacerdotes salii a saltando dicti constituti a numa pompilio duodecim numero fuerunt.

Magister saliorum erat qui sacerdotibus saliiis præerat Sacerdotes flamines a flosculo lanæ dicti quem prominentiæ causa super apicem ferebant.

Collegium augurum ordo hominum prudentium erat qui præerant prodigiis publicis.

A. aulus.

Cn. gneius.

Ap. apius.

Cor. cornelius.

Auc. augustus.

Cos. consul.

B. brutus.

Coss. consules.

C. gaius.

Cl. claudius.

Cæs. cæsar.
D. dec us.
Dru. drusus.
Aedil. ædilis.
F. filius.
Fla. flamen.
Impe. imperator.
Impp. imperatores.
Kl. calende.
L. lucius.
Ils. sestertium.
L. f. lucii filius.
P. publius.
Præ. pretor.
Prr. pretores.
P. ro. populus. romanus.
Procos. proconsul.
Procosf. proconsules.
Pon. max. pōtifex. maximꝰ
Pl. plebs.
Pp. populus.
P. p. pater. patriæ.
Præf. prefectus.
Quæs. f. questores.
R. roma.
Q. quintus.

Quæ. quæstor.
Ro. romanus.
R. p. res publica.
Sp. spurius. Sul. sulphicius
Se. senatus.
S. c. senatus consultum.
Ser. seruius.
S. d. salutem dicit.
Sex. sextus.
S. q. p. r. senatꝰ populꝰqꝰ ro
T. titus.
Ti. tiberius.
Tri. tribunus.
Tri. pl. tribuni plebis.
Trr. tribuni.
Tri. mil. tribunꝰ. militum.
D. m. f. diis manibus sacrū.
B. m. f. bene. merenti fecit.
V. f. p. uiuus sepulcrū posuit
V. f. uiuus fecit.
H. m. n. t. h. hoc monumen
tum nō trāsibit heredes.
In. fr. p. xx. ī frōte pedes xx
In. ag. p. xx. ī agro pedes xx
F. d. m. q. flamē dialis mar
tialis quirinalis.

Antonii nebriffensis salutatio ad patriā suam multis
ante annis nō uisā. & memorata infātia sua: facta
quoqꝰ excusatiōe tā lōgæ moræ: pollicetur se post
emeritos suæ professionis annos ī patriā rediturū.
Alue parua domus: pariter saluete penates
Atque lares: ortus conscia turba mei.
Hic primum rosei uitales luminis auras
Carpsimus. hic nutrix ubera prima dedit.
Hic mihi nascenti primum risere parentes.
Vagitusque meos audit iste locus.
Hic fuerāt cunæ quæ me sopiere iacentem.
Hic cecinit mater carmina dum uigilo.
Ex collo patris honus hic prædulce pependi.
Et matris gremio sarcina grata fui.
Repsimus hic pueri. breuis hæc tulit area primum
Quadrupedem: teneras sustinuitque manus.
Hic primum steteram bipes. & crepitacula quassans
Blandicias matri blæsaque uerba tuli.
Hic locus infantem paribus colludere uidit.
Perdere: & ancipiti uincere sorte nuces.
Hic certa ludens equitatu in arundine longa.
Atque trochiscus erat maxima cura mihi.
Accipe me reducem per tanta pericula uectum:
Postque annos multos accipe me reducem.
Accipe me reducem: nec dedigneris alumnum:
Qui tibi magnus honos gloria magna fuit.
Nec mihi succense pietas patriæque patrisque:
Quod genitale solum uisere lentus eram.

Quodque tuo carui tam longo tempore uultu:

Qui mihi debuerat numinis esse loco.

Nam si complexu me detinisset inertem

Dulcis amor patriæ: dic quid uterque foret:

Illa quidem multos latuisse forte per annos:

Obscurumque nomen esset in orbe meum.

Litterulis uero nostris nunc uiuit uterque.

Et famam nobis sæcula multa dabunt.

Idque peragrato tantum sumus orbe secuti:

Dum profugi sequimur: quod didicisse iuuat.

Sed si frigida mors mihi non aruperit annos:

Climaticam legem si superare datur.

Si datur emerito musis tranquilla senectus:

Nec properat lachesis frangere sæua colos:

Quæ genuit tellus: quæ me tulit ubere largo:

Componet cineres: excipietque meos.

Hic uitæ portus. requies hic ceta laborum.

Hic mihi defuncto dulce leuamen erit.

Hic ubi casta iacet mater: pariterque sorores:

Quas immaturo funere mors rapuit.

Nam quid ego de te frater charissime dicam:

Qui bene pro christi religione iaces.

Qui bene pro patria cecidisti: informe cadauer

Vulturibus sæuis dans: animumque deo.

Hic ubi cum proauis & auis pater ipse iacebit.

Hic ubi permisto puluere tota domus.

Vt quoniam uobis carui dum uita manebat:

Orbatus saltem lumine: morte fruar.

